

vacare de facto tantum. Et vacatio impropria est, Beneficia dicuntur vacare de iure tantum,

Beneficia dicuntur vacare de iure et de facto simul. Et vacatio vera et plena est, De possessione duas regulas Cancellariae habemus, scilicet:

Occasione facti, quod statum importat eum Beneficio incompatibilem, ius Beneficii privationem pronunciat.

Occasione delicti ius Beneficii privationem pronunciat,

Iudicis sententia condemnatoria Beneficii privationem infert,

Duae sunt sententiae in causa privationis Beneficii, nempe:

Magnum est discrimen inter sententiam declaratoriam et condemnatoriam, videlicet:

quia habens titulum a possessione cecidit, vel quia habens titulum possessionem nondum est assecutus.

Cum adest qui Beneficium possidet, sed non habet titulum, aut ius possidendi, aut ipse promotus a iure Beneficii aliquo modo ceciderit.

Cum nemo est qui possideat et nemo est qui habeat possidendi ius.

Prima de *annuali possessore*: Secunda, de *triennali*.

Ut in eo qui professionem religiosam emisit quoad Beneficium saeculare ante professionem possessum; qui matrimonium contraxit; qui militiam armatam suscepit; qui ad Episcopatum promotus fuit; et qui per decem annos Beneficium habuit pro neglecto, postquam monitus detrectat sui officii partes implere.

In casu assassinii quoad committentes et mandantes; homicidii et hostilis insectationis contra Cardinalem, aut Episcopum; haeresis, apostasiae, et schismatis coniuncti cum haeresi; simoniae realis et confidentialis; falsariorum Litterarum Apostolicarum; intrusionis in Beneficium; insordescitiae dolosae in excommunicatione ultra annum; procurationis abortus foeti animati, effectu sequuto; duelli solemnibus, privati, provocati, licet morte non sequuta; et occupationis bonorum ad ecclesias quascumque, et ad pia loca pertinentium.

Quia tres iam prodierunt sententiae conformes.

Declaratoria et condemnatoria.

In declaratoria, privatio inducitur a die commissi criminis, in condemnatoria non inducitur nisi a die sententiae latae; inde collatio Beneficii facta post crimen et ante sententiam declaratoriam est valida, collatio facta ante sententiam condemnatoriam est nulla;

Beneficiatus in sententia declaratoria tenetur ad restitutionem fructuum a die commissi criminis; et condemnatoria a die sententiae latae.

### De Beneficiorum Renunciatione.

*Dimissio beneficium ecclesiastici a Beneficiato libere facta, et a superiore acceptata.* Renunciatio sive resignatio est

Quae resultat ex facto, quo posito, Beneficium ulterius retineri nequit, ut professio religiosa. Renunciatio tacita est

Quae fit scriptis, aut verbis coram Superiore expressis. Renunciatio expressa est

Quae fit sub aliqua conditione, modo aut pacto. Renunciatio expressa conditionalis est

Ne temere Episcopus solvat spirituale coniugium, quod cum sua inivit Ecclesia. In omni renunciationis specie iusta causa concurrere debet,

Propter debilitatem corporis, defectum scientiae, conscientiam criminis, quod Episcopalis exercitium potestatis impediatur, irregularitatem personae, malitiam plebis adversantis Pastorem, et scandalum. Causae pro resignatione Episcoporum describuntur ab Innocentio III.

*Episcopi... eorum dumtaxat resignationes admittere possint, qui senio confecti, aut veletudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiae, vel Beneficio inservire,* obtinentes plura Beneficia, volentes profiteri Religionem, contrahere Matrimonium, et existentes in vitae periculo ob capitales inimicitias in loco Beneficii excitatas. Causae pro inferiorum renunciatione a S. Pio V his verbis exhibentur:

Quod non sit a lege prohibita, quod potest evenire ratione Beneficii et ratione personae possidentis Beneficium. In omni specie renunciationis observandum est

In Beneficio litigioso, nulla litis mentione facta, et in Beneficio vacante. Resignatio Beneficii a lege prohibita est

In clerico, qui facta resignatione, aliunde non habet quo in vita possit commode sustentari; qui promotus fuit ad sacros Ordines sub titulo alicuius Beneficii quod nequit dimittere ob eandem rationem; Resignatio Beneficii ratione personae possidentis, est a lege prohibita

qui est infirmus et suum Beneficium resignet et moriatur intra viginti dies a die resignationis factae; et qui gerit curam animarum aut habet onus residentiae.

Quia Superior de causa iustitiae primum cognoscit et deinde vinculum solvit, quo clericus Ecclesiae aut Beneficio devincitur.

Renunciatio postulat acceptationem legitimi Superioris:

Legitimus Superior est Episcopus

Quoad minora et exempta Beneficia dioeceseos et in resignatione pura.

Legitimus Superior est Summus Pontifex

Quoad maiora et exempta Beneficia et in resignatione conditionata.

Conditionales renunciaciones sunt

Quae fiunt in favorem tertii; quae fiunt cum reservatione Pensionis et quae cum permutatione fiunt.

Resignatio in favorem tertii dicitur simplex

Quando resignans nihil sibi reservat.

Resignatio in favorem tertii dicitur qualificata

Quando resignans in Beneficio resignato sibi reservat regressum, portionem fructuum, et Pensionem.

Resignationes: simplex et qualificata

Per Summum Pontificem sunt probandae.

Resignatio perfecta efficitur

Quando Beneficium illi confertur, in cuius favorem fuit resignatum, et quando resignatarius post suam acceptationem in corporalem Beneficii possessionem immittitur.

Resignatio Pensionis cum pacto

A iure Canonico expresse reprobat, cap. 3 de pact.

Resignatio Pensionis, aut alicuius partis fructuum cum pacto, ut resignatarius solvat omnes expensas etc. absque Summi Pontificis auctoritate, stipulari nequit:

Quia numquam licet ad hunc finem simoniacum inire pactum, cuiusmodi est praesens, in quo datio rei temporalis Beneficii resignationem et translationem producit; et absque Summi Pontificis auctoritate semper simoniam importat.

Translatio est

Simplex Beneficii mutatio.

Translatio Sacris Canonibus in Beneficiatis inimica est, praecipue in Episcopo:

Quia Sacri Canones translationes de una in aliam Ecclesiam veluti adulterinas damnarunt; deinde Episcopus spirituale coniugium cum sua Ecclesia contraxit, cuius dicitur sponsus.

Quia saepe evenit ut qui in uno loco minus est utilis alibi se valeat utilius exercere.

Concurrente iusta causa et impedimento cessante, potest Summus Pontifex Episcopus, et Episcopus Beneficiatos suae dioecesis transferre:

Ne Archiepiscopus *episcopare* aut *dearchiepiscopare* cogatur, ut scribit Innocentius III.

Curandum est quantum fieri potest, ut translatio detur de minore ad maius Beneficium:

Qui hoc attentaverit illico et omnino a cathedra debet expelli aliena, et carere propria, ut nec illis praesideat, quos per superbiam sprexit, nec illis quos per superbiam et avaritiam concupivit.

Sine gravissimo scelere nemini licet propria auctoritate aliud Beneficium invadere ut per se liquet:

Ex minori causa quam translatio et ad solum Personarum intuitum atiquando permittitur.

Beneficiorum Permutatio

Beneficiorum suae dioecesis, etiamsi unum sit curatum et aliud simplex, modo neutrum sit reservatum.

Episcopus probare potest permutationem

Frustra in permutatione operantur, et beneficiis prius possessis per definitivam sententiam sunt spoliandi.

Si Beneficiati propria auctoritate Beneficia permittent

Quamquam per procuratorem peracta exhibeatur, et resignans omne ius ad Beneficium amittit, quod amplius repetere nequit.

Resignatio pura effectum absolutum producit,

Quia conditio ita suspendit actum, ut ea impleta valeat, et ea deficiente pereat.

In resignatione conditionali regulariter est effectus, deficiente conditione, resolutibilis:

Episcopus potest actus ordinis episcopalis, alio rogante vel permittente Episcopo facere.

Resignatio facta solius episcopalis Beneficii, retenta dignitate,

Episcopus amplius actus Ordinis episcopalis, exercere nequit, quamvis continuo Ordinis characterem retineat.

Resignatio simul Beneficii et dignitatis episcopalis facta,

## De Decimis.

Decimarum nomine intelligitur

Decima pars vel alia quota fructuum Deo in recognitionem dominii universalis et eius ministris in propriam sustentationem debita.

Definitio decimae probatur

Ex Levitico: *Omnes decimae terrae, sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt et illi sanctificantur.* Ex libro Numerorum: *Filiis Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo foederis.*

Ecclesia explicans legem iuris naturalis et divini

Ab antiquis temporibus Decimas probavit et solvi iussit, non in decima parte sed in minori fructuum quota.

Ecclesia subtrahentes Decimas vel solvi impediendes

Poenam excommunicationis ferendae sententiae intulit, a qua reus absolvi non potest nisi facta plena Decimarum restitutione.

Decimae dividuntur

In personales et praediales.

Decimae personales sunt

Quae solvuntur ex omnibus rebus opera, aut industria acquisitis, ut ex lucro negotiationis, artificio, liberali professione, ex militia, piscatione, venatione, etc.

Decimae praediales sunt

Quae solvuntur ex fructibus praediorum rusticorum, urbanorum, ut ex tritico, vino, oleo et pretiis locationum.

Ex iure, Decimae personales

Ab omni fideli non exempto solvendae sunt illi parochi, a quo Sacramenta suscipit, licet regia vel imperatoria dignitate fulgeret.

Ex iure, Decimae praediales

Ab omni fideli et infideli solvendae sunt illi parochiae in qua sita sunt praedia, nisi aliter ex consuetudine sit firmatum, cuius maximum est pondus in hac re.

Ad praediales Decimas solvendas tenentur, infideles et iudaei

Quia hoc onus reale est, praediumque sequitur in quemcumque possessorem transeat.

Clerici saeculares ac regulares ius decimandi obtinere possunt

Per privilegium Apostolicum, praescriptionem 40 annorum cum titulo et bona fide, permutationem cum aliis decimis, vel alio iure spirituali et transactionem

legitime factam, quae obligat tantum partes, si facta sit absque Superioris auctoritate, qua cum auctoritate etiam successores devincit.

*Prohibemus, ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit et Ecclesiae non reddiderit, Christiana sepultura privetur.*

Nam ad Ecclesiam pertinet definire quando et in quantum per decimas ministrorum suorum vitae et sustentationi consultum est.

Innocentius III Episcopo Vercellensi, ita declarat; et in Litteris in quibus declaratur nullius esse valoris lex civilis, qua ecclesiasticae Decimae abolentur (Literae Poenitentiarum Maioris ad Episcopos Italiae diei 25 aprilis 1887) *Acta Sanctae Sedis*, vol. 20, p. 303.

Hac de causa damnata fuit 18.<sup>a</sup> propositio Wiclefi, qui ita asserebat: *Decimae sunt purae eleemosynae et possunt parochiani propter peccata suorum praelatorum ad libitum suum eas auferre.*

Quia Innocentius III in Concilio Lateranensi generali IV, declaravit Decimas solvendas esse ex loci consuetudine approbata.

Decimas personales fere ubique abrogatas, et praediales imminutas fuisse, et eas quae ex praediis urbanis percipiebantur omnino cessasse et in multis regionibus omnes Decimas e medio sublatas fuisse.

Est, quia clericis per Beneficia, legata, pensiones, aut alio modo fuit sufficienter provisum, et leges civiles quantum possunt eas de facto interdunt, atque pensionem annuam, sive congruam ex aerario publico parochis assignant.

Quia in hoc casu nullius roboris est consuetudo,

Lateranense Concilium III decrevit, de Decimis saecularizatis:

Decimae ecclesiasticae omnino ab auctoritate Ecclesiae pendunt, tam in earum institutione, quam in cessatione;

Potestates saeculares non possunt Decimas ecclesiasticas imponere nec ab iisdem liberare

Decimae ecclesiasticae legitime constitutae fuerunt ex praeepto Ecclesiae, et strictam pariunt obligationem, ad quam implendam fideles etiam per censuras cogi possunt:

Obligatio Decimarum a vigente consuetudine dimittitur:

Ob consuetudinem certum est nunc

Factum quo nunc Decimae ecclesiasticae ob consuetudinem fere abrogatae vel imminutae sunt

Casu quo parochus non habet necessaria ad vitam

et nullum aliud est necessitati remedium, Episcopus potest Decimas eius parochianis imponere

et aliunde leges civiles iura sustentationis clericorum tollere nequeunt. Ius pro clericorum alimoniis, est naturale et divinum.

### De Primitiis.

Primitiae, quo nomine intelliguntur

Primi terrae fructus, qui a fidelibus Deo in gratiarum actionem, et eius ministris in sustentationem exhibentur.

Ecclesia ab atiquis temporibus Primitias probavit

Quia Primitiae ad actum pietatis et divini cultus referuntur (Can. 6, dist. 32, Can. 65, c. 6, q. 1).

Quantitas Primitiarum nunquam fuit ab Ecclesia determinata nisi consuetudine;

Idcirco ubi consuetudo desit, non sunt amplius Primitiae solvendae, ubi vero viget, sunt Parocho offerendae, et necessariae fieri possunt, in necessitate.

### De Oblationibus.

Oblationes fieri solent

Ecclesiae ministris, in Ecclesia, sive extra Ecclesiam.

Primum genus oblationum eas comprehendit

Quae olim fiebant ad altare tempore divini Sacrificii, quando panis et vinum offerebantur, et ex quibus conficiebatur sacrosancta Eucharistia.

Secundum genus oblationum comprehendit

Quae in Ecclesiae gazophylacio, in Ecclesiae area, ad domum Episcopi vel parochialem fiebant et nunc fiunt, quae in pecunia, vel alia re mobili consistentes pro necessariis ad divinum cultum, clericorum sustentationem, Ecclesiae fabricam et pauperum levamen a fidelibus deponuntur.

Tertium genus oblationum, eas comprehendit

Quae in pecunia vel alia re mobili consistentes occasione baptismatis, nuptiarum, benedictionum, funerum, aut alterius sacri ministerii parocho fiunt, quae *iura stolae parochialis* appellari solent.

Oblationes ex primitiva institutione erant voluntariae, non praeceptae, et in hoc statu diu perseverarunt

Nam Concilium Lateranense III sub Alexandro III prohibuit: ne *pro sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu aliis Sacramentis conferendis, aut collatis aliquid exigatur*, ita etiam Concilium Lateranense IV sub Innocentio III; et Tridentinum... *nec non impor-*

*tunas ac illiberales eleemosynarum exactiones potius quam postulationes*, quia haec a simoniaca labe, vel certe a turpi quaestu non longe absunt.

Hoc videtur innuere Tridentinum, quando adest pia et laudabilis consuetudo totius, aut maioris partis populi.

Ne parochi avaritiae aut simoniae suspicionem incurrant.

Ne, ut loquitur Innocentius III. Papa, sub *praetextu canonicae pietatis, et ex fermento haereticae pravitatis consuetudinem infringant erga Sanctam Ecclesiam pia devotione fidelium introductam.*

Quia tales Oblationes factae praesumuntur ob curam spiritualem quae ibi parocho incumbit.

Quia ad parochum in cuius parochia tales Oblationes factae sunt pertinent.

Qui oratorium, vel pium locum administrant, licet administratores laici sint, modo absit usurpationis suspicio, et in pios usus convertantur.

### De iure Ecclesiae ad Bona Temporalia.

Christus institutor Ecclesiae qui voluit ut perpetua esset, ei dare debuit, ex quo esse posset, et eam divino suo auxilio et temporalibus bonis communire; et non defuit Dominus, nam Divo Paulo testante, ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere, seminare spiritualia et corporalia metere. Ecclesia ad divinum cultum promovendum, ad mores dirigendos, et ad pauperibus opitulandum, bona immobilia et aerarium

Licitum est oblationes sponte oblatas acceptare et etiam postulare:

Videtur parocho non debere, nec posse oblationes tamquam ex iustitia praetendere

Laicos ex charitate, et post iudicium Episcopi etiam ex iustitia oblationes subministrandas teneri

Ex iure communi Oblationes illi addiuntur parocho, in cuius parochia factae fuerunt:

Oblationes factae tempore Ecclesiae vacantis, ex regula generali futuro reservandae sunt parocho:

Extra controversiam positum est, Oblationes factas in monasteriis vel aliis piis locis ad eos spectare

Cum Ecclesia sit societas hominum perpetua, et regnum indeficiens in mundo, necesse est ut habeat temporalia bona sine quibus nec homines vivere, nec regnum subsistere potest.